

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive
Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

133. Oelum Martis & Veneris sulphure & sale solis acuatum Basilii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](#)

cui affunde acetum destillatum (phil.) extrahe animam (Tincturam vel Essentiam) Martis , abstralie acetum , & edulcora animam . Hæc est illa anima Martis quæ spiritu Mercurii dissoluta , & cum anima Solis unita Lunam tingit in Solem .

Sed de his inferius ; Vitriolum Martis graduatum & in pulverem purpureum calcinatum in nostro Recepto , absque suæ animæ extractione destillatur in Mercurium Philosophorum & salphur Philosophicum , verum Martis & Veneris Oleum , menstruum proxime antecedens sub No. 131. ex quo ut præsens Mercurii spiritus fiat , ex capite mortuo aceto philosophico extrahendum est sal , quod Martis & Veneris oleo commixtum & insimul destillatum per alembicum , dicitur prima metallorum materia .

Aliquando loco dicti salis ex capite mortuo extracti Basilius usus est sale & sulphure Solis . Ita fit

133. Oleum Martis & Veneris sulphure & sale Solis acuatum Basiliī,

In supplemento.

Rc. **A**uri purpurei coloris (Croci Solis , des Bonings purpure Mantel) unciam semis , Olei Mercurii Philosophorum (olei Martis & Veneris) unciam unam semis , fiat dissolutio , cui adde salis Solis drachmas duas ; omnibus resolutis in oleum , id rectifica per Retortam , ut evadat clarum & pellucidum .

Basilius pro spiritu Mercurii universalis Cuprum aceto philosophico dissolutum , & crystallisatum in Vitriolum graduatum , leni calcinatione redigit in verum Veneris crocum , sive pulverem rubrum : Ferrum autem Veneris oleo (destillato ex dicto Veneris croco) dissolvit , crystallisavit , & calcinavit in Martis Crocum . Pro præsenti menstruo requirit Aurum Balneo Regis (sub No. 89.) dissolutum , redactum in Vitriolum volatile graduatum , quod porrò aqua destillata dissolutum cum triplo argenti vivi ex menstruo præcipitat , amalgama autem inde productum leniter sub regula calcinat in pulverem vel Crocum purpureum , de cuius confectione

Sf

fectione

sectione hic per transennam quasi, cum in sequentibus secundo & tertio libris ex professo de hac tractatur simus. Salis Solis confectionem ita descripsit libro Particul. in Particulari Solis: Re. Corpus album Solis relictum in extractione ejus animæ, (Essentiæ ex Croco Solis spiritu salis dulcis sub No. 28. descripto extradie) id leniter reverbera per medianam horam, ut corporale reddatur, tum assunde Aquam corrosivam mellis bene rectificatam quod in leni calore extrahet sal, quod fiet spatio decem dierum. Toto sale extracto abstrahē inde menstruum in Balneo, sal autem iteratis cohobationibus communi aquâ destillatâ edulcora, tandemque id clarifica spiritu Vini (phil.) & habebis sal auri.

De hac Aqua Mellis Basilius in Curru Triumphali Antimonii, Pag. 77. ita: Ex Melle dulci summum Corrosivum & Venenum fieri potest quod plurimis incredibile est. *Idem testatur Paracelsus inquiens:* Simile quid intelligendum est in Melle, quod elevationibus suis omni Aqua forti & Corrosivo longe fit acutius, & sublimato quovis penetrantius, talem à Natura proprietatem acuitatis non habet, verum ex elevatione, quæ hoc Mel immutat in Corrosivum, libro 5. Archid. pag. 18. & alibi Cap. 14. de morbis tartar. pag. 319. Mel per se innoxium est, sed in elevatione tertia fit lethale.

Confessio hujus aquæ quidem extat in eis, quæ habemus, tam Basiliæ quam Paracelsi scriptis; quam facile tamen discesserit discipulus ex artis suæ principiis; etenim vel dissolvatur Cælum melliflum Parisini in Aceto destillato aut fortiori acido quodam: Vel cohobetur Mel crudum in Aceto Philosophico, id est, communi, cum spiritu vini phil. mixto, & labor erit brevior & melior. Interè hoc auri sal confici quoque potest absque dicta Mellis Aqua, modo menstruum satis sit corrosivum ut Auri corpus residuum dissolvere queat, ita in labore tertio Revelat. caput mortuum auri reverberat per tres dies, deinde calcinat cum æquali pondere salis Tartari, quod aqua destillata abluit, & pulvere exsiccato extrahit cum aceto sal, quod aceto abstracto clarificat spiritu vini, id est, dissolvit, filtrat, abstrahit & crystallizat in verum sal Solis. Alibi id sal auri extrahit spiritu Mercurii universalis utr in Elucidatione 12 Clavium, ubi afferit: Ipsum Philosophorum Lapidem coagulari vel figi non posse absque hoc sale; ejusdem autem confectionem se dedisse in quarto clavi.

Per

Per oleum mercurii philosophorum intelligit Martis & Veneris oleum nondum in spiritum mercurii universalis redactum, vel sale suo proprio acuatum, & hujus quidem menstrui partem fixiorem quod sulphur philosophorum vocat, non volatiliorem quo mercurius philosophorum dicitur. Sulphure hoc animam vel crocum solis dissolvit & in aurum potabile redigit, libro de supernaturali medicina. Aliquando tamen per idem oleum Mercurii intellectum voluit oleum Vitrioli Romani, menstruum sub No. 98. descriptum; ita libro de particulari in particulari Solis, corpus album Regis (auri in extractione animae vel croci Solis derelictum) philosophico Sulphure, quod in ordine est secundum principium, & spiritu Mercurii (paulo ante spiritu albo Vitrioli dicto) extractum, reducit in aurum pulchrum & malleabile ut erat prius, in colore & virtute minimè defectivum.

Aliquando ipsum spiritum Mercurii universalis acuit sulphure & sale aliorum metallorum sic;

134. Spiritus Mercurii universalis sulphure & sale Lunæ acuatus Basilii,

Libr. Partic. in Particul. Lunæ.

Extracto sulphure Lunæ & edulcorato, residuum calcis Lunæ exsicca, cui affunde eandem Aquam corrosivam Mellis, qua usus fuisti pro sale Solis, digere leniter per quatuor aut quinque dies, ut extrahatur sal Lunæ, quod cognosces ex albedine Menstrui. Toto sale extracto abstrahie Aquam Mellis, sal edulcora destillando & clarificando cum spiritu vini (phil.) Residuum in extractione salis Lunæ derelictum edulcora & exsicca, tum affunde spiritum Tartari, digere per quindecim dies, & procede uti cum auro, & habebis mercurium Lunæ (de quo libro secundo, nam eo hic non utimur) dictum sal Lunæ excellentes possidet virtutes pro corpore humano, de quibus agam loco magis convenienti. Interē efficaciam salis & sulphuris Lunæ disces ex processu sequenti.

R. Sulphur lazurinum Lunæ, spiritu vini (phil. rectificatum,) dissolutum & coagulatum, pone in Cucurbita, affunde

S f 2

du-

lo &
Solis
olis:
mæ,
ripto
pora-
ecti-
ecem
Bal-
llatā
ha-
onii,
ene-
atur
elle,
ge fit
tura
qua-
l. &
ium

nus,
iscet
atur
acidio
, id
vior
ditta
cor-
aput
equa-
pul-
lari-
alli-
Mer-
erit-
isque
i.
Per